



Policratici Contenta

Johannes <von Salisbury, Bischof>

Parrhisius, 1513

Ca. x. De vespasiano qui cecum & claudum curasse legitur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70332](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70332)

Polycratici de Curialiu nugis.

Testimonium quod perhibet iosephus christo.
Capitulum. IX.

ET quidem hec omnia rectissime passi sunt qui in fili-
um dei manus sacrilegas extendere presumpserunt
cum testimoniis scripturarum & virtute mirabiliu
operum ipsum esse christum domini constaret. Vnde
de iosephus. Fuit autē huiusdem temporibus iesus sapiens vir: si-
tamen virum eum appellare fas est. Erat enim mirabiliu ope-
rum effector doctorq; hominum eorū qui libenter que vera sūt
audiunt: & multos quidem iudeorum: multos etiam ex gētib⁹
sibi adiunxit. Xpūs hic erat. Hunc accusatione primorū nostre
gentis virorum cum pylatus in crucem agendum esse decreuis-
set: non deseruerunt eum hii qui ab initio ipsū dilexerant. Ap-
paruit enim eis tertia die iterum viu⁹: sicut quod diuinitus inspi-
rati prophete: vel hec vel alia de eo innumera miracula futura
esse predixerant: sed & in hodiernum diem xpianorū qui ab eo
nuncupati sunt & nomen perseuerat & genus.

De hoc vide i
passionibus.
Xpiani sūt vo-
cati a xpo.

De vespasiano qui cecum & claudum curas
se legitur. Capitulum. X.

Vespasianū quoq; iudee vastatorem prēm⁹ tyti hie-
rosolimorum piissimi euerforis: vt quibusdam scri-
ptoribus placuit miraculorum signis ad faciendam
vindictā dei digitus excitauit. Ip̄m nāq; necdum im-
peratorē: quidā e plebe luminib⁹ orbat⁹: itēq; alius claud⁹ cru-
re debilis sedentem pro tribunali pariter adierūt: orantes operi
valitudini: eo q̄ sibi foret in quiete monstratum: oculos restitu-
endos si eos ille inspiceret: & crus debili roborandum si illud di-
gnaret calce contingere. Orantibus amicis inuitis licet vtrūq;
tentauit: nec defuit euentus/imperium quoq; eius & interitus
vitellii & ottonis qui sedo neroni successerant: pluribus celestis-
um signis prenuiciatum est & pro parte stupendis.

Tit⁹ piissim⁹
euerfor hiero-
solimorum.

Cecus et clau-
dus qualiter
venerunt ad
vespasianū vt
eos sanaret.

Signa esse que contra naturam fiunt. Capitulum. XI.

Que vero huiusmodi stupore digna in his cōtingunt
plerūq; signa esse non ambigit quisquis euangelice p-
missionis fideliter meminuit cum scriptum sit. Erunt
signa in sole & luna & stellis &c. Ea tamen que hic
prenuiciantur: sine preiudicio sententie melioris ea esse intelli-
genda arbitror / que in his contra naturam fiunt quale est q̄ in
passione domini sol obscuratus est / velum scissum / petre rupte /
monumēta aperta / & scōrum corpora qui dormierant surrexe-

Luce. xxi.

Que apparu-
erunt signa in
passione dñi.